



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

III. Quomodo & quando soluendæ sint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

210 *Moralis Theologie Tract. I. Leges,*
æquè primò etiam Clero Parochiarum. Deinde Parochi-
tum capitulo præbendatis. Simplices clerici non habent ius
ad illas proprium, nec Religiosi ex vi status. Consuetudine
præscribere quidem possunt immunitatem à soluendis deci-
mis, non autem ius eas recipiendi, nisi sint ministri Sacra-
mentorum, & titulum aliquem Parochiale habeant.

CAPUT III.

*Quomodo, & quando, soluenda sunt
Decima.*

§. 1. 12. *Quomodo soluenda sunt decimæ?* De-
bentur ex Iustitia, & Religione, non tanquam alie-
do sol- næ res, sed tanquam res propriæ. (ut probabilius assero) cum
uenda obligatione reddendi. Vnde potest Ecclesiæ quodam-
modo habere vsum fructuum in prædiis, pro parte decimæ.
Eas petere potest Ecclesia à quocunque, apud quem
sint non decimati fructus.

13. *Si culpa Parochiani amittantur fructus?* Contra ipsum
ius habet Ecclesia. Culpa autem triplex esse potest, commis-
sio, omissione, & mora: commissione debet, qui potuit impeditre
damnum & non fecit: omissione, qui potuit seminare, vel
vineam colere: mora autem tum in colligendis opportuno
tempore fructibus, tum in non soluendis postquam iij colle-
cti sunt.

§. 2. 14. *Quando soluenda?* Sine mora, & non petitæ. Et qui
Quando dem personales in fine anni soluuntur. Computandæ autem
soluenda decimæ ex negotiationibus per singulos annos. Prædiales
decimæ, soluenda statim collectis fructibus: animalium proporcio-
nato tempore. Parochi suis sumptibus curare debent, ut in
domum deferantur.

15. *Ius ne habet Ecclesia decimas exigendi?* Ita planè, per
vim tamen accipi non possunt à Parochiis, sed recurrere pos-
sunt ad Ecclesiasticos iudices, qui cogere valebunt. Prælati
quidem tenentur cogere debitores, interdum tamen ad tol-
lenda, ~~sænde~~, seu vitanda scandala poterunt conniuere.

CAP.